Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Ipse est qui emisit signa et prodigia pharaon in medio egipti super omnes servos eius
Ipse est qui percussit gentes multas et occidit reges fortes seon regem amorreorum et og regem basan et omnia regna chanaan
Et dedit terram eorum hereditatem israel populo suo et quia haec omnia secundum repletum est os meum laude et dixi
Domine nomen tuum in aeternum et memoriale tuum in omnibus generationibus succedentibus
et hoc erit memoriale eius meteznu quia iudicabit dominus populum suum sicut indeos non credentes iudicio eterne dampnationis qui plus ingratus de tot beneficiis ex titit et in servis suis sicut fidelibus deprabilis erit ex audiendo voces eorum orationes
Propha connexens se ad reprobanda idola dicit
Dominus iste magnus est simulacra gentium sunt aurum et argentum quantum ad materiam et opera manuum hominum quantum ad formam
Haec simulachra vana sunt et inutilia quia habent figuratione et non loquentur et oculos habent sicut deputos et non videbunt
Aures habent et non audient nec est spiritus in ore eorum
illa enim membra exteriora artifex potuit dare sed non spiritum sicut sup in psalmo mexitu iste fuit expositum
Similes illis fiant qui faciunt ea hac sicut intentione ut colant ut sic fiant ita ut ad similitudinem idolorum careant sensu discretionis et motu bone operationis et omnes qui confidunt in eis
Tales fiant idolatre sed vos qui estis domus israel sicut videntes fide formata benedicite dominum et vos domus aaron vos sicut collectio sacerdotum

dom leui